INDEX LIBRORUM PROHIBITORUM

SS.MI D. N. PII PP. XI

IUSSU EDITUS

ANNO MCMXXXVIII

TYPIS POLYGLOTTIS VATICANIS

MCMXXXVIII

IMPRIMATUR:

† Fr. Alfonsus C. De Romanis, Ep. Porphyreonen.,
Vic. Gen. Civitatis Vaticanae

I

PREFAZIONE

La S. Chiesa attraverso i secoli sostenne grandi, tremende persecuzioni, moltiplicando via via gli eroi che suggellarono col sangue la fede cristiana; ma oggi una battaglia ben più terribile le muove l'inferno, quanto subdola e blanda altrettanto deleteria, ed è la stampa cattiva. Nessun pericolo più grave di questo minaccia la integrità della fede e del costume, e perciò la S. Chiesa non cessa mai di indicarlo ai cristiani, perchè se ne guardino.

I fedeli fin da principio, benchè allora per mancanza dei moderni mezzi di divulgazione fossero scarsi gli scritti, vennero dalla legittima autorità premuniti contro i libri erronei ed immorali. Già l'Apostolo delle genti ottenne con la sua zelante predicazione che i neofiti di Efeso bruciassero pubblicamente i libri superstiziosi.[1] Dietro l'esempio di tanto maestro i pastori di anime, massime i Sommi Pontefici, nulla risparmiarono per allontanare gli uomini redenti, *non corruptibilibus auro vel argento...*

[1] *Atti degli Ap.*, cap. XIX, v. 19.

sed pretioso sanguine quasi Agni immaculati Christi et incontaminati,[1] dalle perniciose letture.

Dal Concilio di Nicea che proibì il libro *Thalia* di Ario, da Papa ANASTASIO che condannò le opere di Origene, perchè *plus essent nocitura insipientibus, quam profutura sapientibus*, da LEONE M., che, riprovati in Roma gli scritti dei Manichei, ingiunse ai Vescovi spagnuoli di insorgere contro i libri dei Priscillianisti, fino alla lettera testè emanata dalla Suprema Sacra Congregazione del Sant'Uffizio contro la letteratura sensuale e sensuale-mistica, non è possibile anche solo elencare tutto quello che la S. Sede ha compiuto contro le pubblicazioni offensive delle verità da credersi e delle norme morali da praticarsi. Basti qui ricordare: la S. Congregazione dell'Indice, istituita dal santo Pontefice PIO V; gli Indici dei libri proibiti, pubblicati per autorità di PAOLO IV, di PIO IV, di CLEMENTE VIII, di ALESSANDRO VII, di BENEDETTO XIV, di LEONE XIII; inoltre la Costituzione *Sollicita ac provida* data da BENEDETTO XIV nel luglio del 1753, *qua methodus praescribitur in examine et proscriptione librorum servanda*, l'Enciclica *Christianae reipublicae salus*, che CLEMENTE VIII indirizzò nel novembre 1766 a tutti i vescovi, *ut creditum sibi dominicum gregem a noxiorum librorum lectione averterent*, e la Costituzione *Officiorum

[1] *I Petr.*, cap. I, v. 18, s.

ac munerum* con la quale il grande LEONE XIII, nel febbraio 1896, promulgò *Decreta generalia de prohibitione et censura librorum.*[1] Tutto ciò dimostra ad esuberanza quanto vigilante sia sempre stata la Sede Apostolica Romana e quanta premura si sia sempre data *ut*, per usare le stesse parole dell'immortale BENEDETTO XIV, *christifideles ab eorum librorum lectione averteret, ex quibus incauti ac simplices detrimenti quidpiam capere possent, imbuique opinionibus ac doctrinis, quae vel morum integritati, vel catholicae religionis dogmatibus adversantur.*

E non poteva la S. Chiesa diportarsi diversamente, chè costituita da Dio maestra infallibile e guida sicura dei fedeli, ed essendo a questo scopo fornita di tutti i mezzi necessari ed utili, ha il dovere e conseguentemente il sacrosanto diritto di impedire che l'errore e la corruzione, sotto qualsivoglia forma mascherati, entrino a contaminare il gregge di Gesù Cristo.

Nè si dica che la condanna dei libri nocivi è violazione di libertà, guerra alla luce del vero e che l'Indice dei libri proibiti è un permanente attentato al progresso delle lettere e delle scienze.

È manifesto innanzitutto che nessuno più validamente della Chiesa cattolica insegna che

[1] Le due Costituzioni Pontificie *Sollicita ac provida* e *Officiorum ac munerum* furono indi ripubblicate in ogni edizione dell'Indice fino a quella del 1929.

l'uomo è dotato dal Creatore di libertà, e nessuno più di lei ha difeso questo *praestantissimum donum Dei* contro chi ha osato negarlo o comunque diminuirlo. Soltanto gli infetti di quella peste morale che corre sotto il nome di liberalismo possono vedere inflitte ferite al libero arbitrio nei freni posti dal legittimo potere al libertinaggio: come se l'uomo per questo che è padrone dei suoi atti fosse autorizzato a fare sempre ciò che vuole.

A tale proposito sapientemente scriveva quel grande luminare che fu LEONE XIII: *Nihil tam perversum praeposterumque dici et cogitari posset quam illud, hominem, quia natura liber est, idcirco esse oportere legis expertem; quod si ita esset hoc profecto consequeretur, necesse ad libertatem esse non cohaerere cum ratione: cum contra longe verissimum sit, idcirco legi oportere subesse, quia est natura liber.* [1]

Onde appare chiaro che l'autorità competente quando impedisce con una legge coercitiva la diffusione degli errori dottrinali, sempre perniciosi ma deleteri al sommo se riguardino la religione, e cerca di togliere dalla circolazione gli scritti atti per loro natura a far perdere la fede o a corrompere i buoni costumi, in luogo di opporsi alla libertà, il cui esercizio consiste nella scelta dei mezzi più atti per conseguire la eterna salute, la salva dai difetti, nei quali

[1] Encicl. *Libertas,* 20 giugno 1888.

per l'umana infermità potrebbe facilmente cadere.

I libri irreligiosi ed immorali sono talora scritti con stile ammaliante, trattano spesso di argomenti che o accarezzano le passioni carnali o lusingano l'orgoglio dello spirito, sempre poi con studiati artifizi e cavillosità di ogni genere mirano a far presa nelle menti e nei cuori degli incauti lettori; è naturale perciò che la Chiesa, qual provvida madre, con le sue opportune proibizioni ammonisca i fedeli perchè non accostino le labbra ai facili calici del veleno. Non dunque per paura della luce la S. Sede vieta la lettura di certi libri, ma per quello zelo del quale Dio la infiamma e che non tollera la perdita delle anime, insegnando la stessa esperienza che l'uomo, decaduto dalla giustizia originale, è fortemente inclinato al male ed ha per conseguenza estremo bisogno di protezione e di difesa. Del resto, quanto sia necessaria per il pubblico bene la repressione della stampa cattiva e come essa si accordi perfettamente con la giusta libertà l'hanno mostrato, sopratutto negli ultimi tempi, i Governi anche più civili, i quali per tutelare le leggi e la tranquillità dell'ordine sono ricorsi, con rigore ignoto alla Chiesa, perfino alla censura preventiva.

Inoltre, i pregi letterari o scientifici, se pure sono reali, non possono certo legittimare la diffusione di un libro contrario alla religione e ai buoni costumi; che anzi, nel caso, si richiederebbe una

misura repressiva tanto più efficace quanto più sottili sono le maglie dell'errore e più seducenti le attrattive del male.

Ma ciò che da molti non si comprende e che per gli acattolici costituisce il più grave abuso della Curia — come essi dicono — Romana, è l'avere la Chiesa ostacolata la stampa e l'uso della Sacra Scrittura in lingua volgare. Eppure non si tratta in fondo che di una calunnia! Per i primi dodici secoli la lettura delle Sacre Lettere era assai famigliare ai cristiani, come appare dalle Omilie dei santi Padri e dai sermoni degli oratori sacri del Medio Evo, nè l'autorità ecclesiastica intervenne mai a impedirla. Fu soltanto in seguito agli abusi degli eretici, specialmente dei Valdesi, degli Albigesi, dei Wiclefiti e in generale dei Protestanti (i quali di fronte al volgo si sforzavano, con sacrileghe mutilazioni e arbitrarie interpretazioni, di trovare nella Bibbia quel sostegno che la storia negava loro irrimediabilmente), che Pontefici e Concilii si trovarono più volte costretti a regolare ed anche qualche volta a impedire la divulgazione della Bibbia nelle lingue vive. Nessuno infatti può negare che molte eresie sono sorte dall'abuso del volume divinamente ispirato, che anzi già affermava, in generale, s. Agostino: *Neque natae sunt haereses, et quidem dogmata perversitatis illaqueantia animas et in profundum praecipitantia, nisi dum Scripturae bonae intelliguntur non bene; et quod in eis non bene intelligitur, etiam temere et audacter asseritur.*[1] Non per questo però sarebbe giusto dire che la Chiesa abbia assolutamente vietate le Bibbie in volgare: basterà richiamare alla memoria che nei settanta anni che corsero tra la invenzione della stampa e la pubblicazione della versione tedesca di Lutero, più di 200 edizioni della Scrittura nelle varie lingue correnti si sparsero tra i popoli, dalla Chiesa debitamente approvate.

Coloro che vogliono dare in pascolo al popolo la S. Scrittura senza alcun controllo, sono anche i sostenitori del libero esame, del quale niente v'ha di più assurdo e di più rovinoso. Essi, i falsi paladini del volume ispirato, i quali ritengono la Bibbia l'unica fonte della divina Rivelazione, lanciano i loro sarcasmi e i loro banali insulti contro la Chiesa cattolica Romana; ma ormai è più chiaro della luce del sole che in mezzo ai sistemi più disparati dell'eresia la integrità canonica della Bibbia, la sua divina ispirazione, la sua inconcussa verità storica e dommatica sono ogni giorno più messe in dubbio e sfacciatamente negate. E mentre da ogni parte i Libri Sacri vengono attaccati, proprio da quei medesimi che in essi pretendono trovare la unica base della vera Fede e su i quali sperano invano di unire in vincolo santo le varie sètte della Babilonia acattolica, una sola potenza resiste e li salva dalla minac-

[1] *Tract. XVIII in Ioan.*, 1.

ciata rovina mantenendoli intatti nella loro primitiva autorità, vale a dire questa Chiesa Romana, cui Dio li affidò.

Tutto questo si è voluto esporre allo scopo di sfatare difficoltà che per il modo col quale vengono proposte e sostenute avrebbero potuto fare impressione sull'animo di alcuni fedeli cattolici. È invero ai buoni figli della Chiesa che qui si rivolge la parola, a quei figli devoti che ascoltano volentieri la parola del buon Pastore Gesù e del Suo Vicario in terra, il Papa, a quelli, in breve, che all'infuori dei casi di vera necessità, per i quali la S. Sede suole dispensare, osserveranno sempre scrupolosamente tutte le regole dell'Indice, astenendosi dal leggere o anche solo dal ritenere i libri dalla S. Chiesa comunque vietati.

Allo scopo pertanto di facilitare ai volenterosi l'osservanza di un tale importantissimo dovere, il S. Padre PIO XI, gloriosamente regnante, calcando le orme di tanti illustri suoi predecessori, ha ordinato una nuova edizione dell'Indice dei libri proibiti, la quale, dopo essere stata corretta e opportunamente ritoccata, esce ora alla luce, munita della sua stessa Apostolica Autorità.

Dal Palazzo del S. Uffizio, Festa del S. Cuore di Gesù, 7 giugno 1929.

Cardinale MERRY DEL VAL,
Segretario della Suprema S. C. del Sant'Uffizio.

II
EX CODICE IURIS CANONICI

Can. 1385 § 1. Nisi censura ecclesiastica praecesserit, ne edantur etiam a laicis:

1) libri sacrarum Scripturarum vel eorundem adnotationes et commentaria;

2) libri qui divinas Scripturas, sacram theologiam, historiam ecclesiasticam, ius canonicum, theologiam naturalem, ethicen aliasve huiusmodi religiosas ac morales disciplinas spectant; libri ac libelli precum, devotionis vel doctrinae institutionisque religiosae, moralis, asceticae, mysticae, aliique huiusmodi, quamvis ad fovendam pietatem conducere videantur; ac generaliter scripta in quibus aliquid sit quod religionis ac morum honestatis peculiariter intersit;

3) imagines sacrae quovis modo imprimendae, sive preces adiunctas habeant, sive sine illis edantur.

§ 2. Licentiam edendi libros et imagines de quibus in § 1, dare potest vel loci Ordinarius proprius auctoris, vel Ordinarius loci in quo libri vel imagines publici iuris fiant, vel Ordinarius loci in quo imprimantur, ita tamen ut, si quis ex iis Ordinariis licentiam denegaverit, eam ab alio Ordinario petere auctor nequeat, nisi eundem certiorem fecerit de denegata ab alio licentia.

§ 3. Religiosi vero licentiam quoque sui Superioris maioris antea consequi debent.

Can. 1386 § 1. Vetantur clerici saeculares sine consensu suorum Ordinariorum, religiosi vero sine

licentia sui Superioris maioris et Ordinarii loci, libros quoque, qui de rebus profanis tractent, edere, et in diariis, foliis vel libellis periodicis scribere vel eadem moderari.

§ 2. In diariis vero, foliis vel libellis periodicis qui religionem catholicam aut bonos mores impetere solent, nec laici catholici quidpiam conscribant, nisi iusta ac rationabili causa suadente, ab Ordinario loci probata.

Can. 1391. Versiones sacrarum Scripturarum in linguam vernaculam typis imprimi nequeunt, nisi sint a Sede Apostolica probatae, aut nisi edantur sub vigilantia Episcoporum et cum adnotationibus praecipue excerptis ex sanctis Ecclesiae Patribus atque ex doctis catholicisque scriptoribus.

Can. 1395 § 1. Ius et officium libros ex iusta causa prohibendi competit non solum supremae auctoritati ecclesiasticae pro universa Ecclesia, sed pro suis subditis Conciliis quoque particularibus et locorum Ordinariis.

§ 2. Ab hac prohibitione datur ad Sanctam Sedem recursus, non tamen in suspensivo.

§ 3. Etiam Abbas monasterii sui iuris et supremus religionis clericalis exemptae Moderator, cum suo Capitulo vel Consilio, potest libros ex iusta causa suis subditis prohibere; idemque, si periculum sit in mora, possunt alii Superiores maiores cum proprio Consilio, ea tamen lege ut rem quantocius deferant ad supremum Moderatorem.

Can. 1396. Libri ab Apostolica Sede damnati ubique locorum et in quodcumque vertantur idioma prohibiti censeantur. [1]

[1] Omnes cuiuscumque ritus fideles eodem modo tenentur decretis damnationis *librorum et diariorum* a Suprema S. Congregatione S. Officii editis (*Declaratio S. Congr. pro Ecclesia Orientali, 26 maii 1928*).

Can. 1397 § 1. Omnium fidelium est, maxime clericorum et in dignitate ecclesiastica constitutorum eorumque qui doctrina praecellant, libros quos perniciosos iudicaverint, ad locorum Ordinarios aut ad Apostolicam Sedem deferre; id autem peculiari titulo pertinet ad Legatos Sanctae Sedis, locorum Ordinarios, atque Rectores Universitatum catholicarum.

§ 2. Expedit ut in pravorum librorum denuntiatione non solum libri inscriptio indicetur, sed etiam, quantum fieri potest, causae exponantur cur liber prohibendus existimetur.

§ 3. Iis ad quos denuntiatio defertur, sanctum esto denuntiantium nomina secreta servare.

§ 4. Locorum Ordinarii per se aut, ubi opus fuerit, per sacerdotes idoneos vigilent in libros, qui in proprio territorio edantur aut venales prostent.

§ 5. Libros qui subtilius examen exigant vel de quibus ad salutarem effectum consequendum supremae auctoritatis sententia requiri videatur, ad Apostolicae Sedis iudicium Ordinarii deferant.

Can. 1398 § 1. Prohibitio librorum id efficit ut liber sine debita licentia nec edi, nec legi, nec retineri, nec vendi, nec in aliam linguam verti, nec ullo modo cum aliis communicari possit.

§ 2. Liber quoquo modo prohibitus rursus in lucem edi nequit, nisi, factis correctionibus, licentiam is dederit qui librum prohibuerat eiusve Superior vel successor.

Can. 1399. Ipso iure prohibentur:

1) editiones textus originalis et antiquarum versionum catholicarum sacrae Scripturae, etiam Ecclesiae Orientalis, ab acatholicis quibuslibet pu-

blicatae; itemque eiusdem versiones in quamvis linguam, ab eisdem confectae vel editae;

2) libri quorumvis scriptorum, haeresim vel schisma propugnantes, aut ipsa religionis fundamenta quoquo modo evertere nitentes;

3) libri qui religionem aut bonos mores, data opera, impetunt;

4) libri quorumvis acatholicorum, qui ex professo de religione tractant, nisi constet nihil in eis contra fidem catholicam contineri;

5) libri de quibus in can. 1385 § 1, n. 1 et can. 1391; itemque ex illis de quibus in cit. can. 1385, § 1, n. 2, libri ac libelli qui novas apparitiones, revelationes, visiones, prophetias, miracula enarrant, vel qui novas inducunt devotiones, etiam sub praetextu quod sint privatae, si editi fuerint non servatis canonum praescriptionibus;

6) libri qui quodlibet ex catholicis dogmatibus impugnant vel derident, qui errores ab Apostolica Sede proscriptos tuentur, qui cultui divino detrahunt, qui disciplinam ecclesiasticam evertere contendunt, et qui data opera ecclesiasticam hierarchiam, aut statum clericalem vel religiosum probris afficiunt;

7) libri qui cuiusvis generis superstitionem, sortilegia, divinationem, magiam, evocationem spirituum, aliaque id genus docent vel commendant;

8) libri qui duellum vel suicidium, vel divortium licita statuunt, qui de sectis massonicis vel aliis eiusdem generis societatibus agentes, eas utiles et non perniciosas Ecclesiae et civili societati esse contendunt;

9) libri qui res lascivas seu obscenas ex professo tractant, narrant, aut docent;

10) editiones librorum liturgicorum a Sede Apostolica approbatorum, in quibus quidpiam immutatum fuerit, ita ut cum authenticis editionibus a Sancta Sede approbatis non congruant;

11) libri quibus divulgantur indulgentiae apocryphae vel a Sancta Sede proscriptae aut revocatae;

12) imagines quoquo modo impressae Domini Nostri Iesu Christi, Beatae Mariae Virginis, Angelorum atque Sanctorum vel aliorum Servorum Dei ab Ecclesiae sensu et decretis alienae.

Can. 1400. Usus librorum de quibus in can. 1399, n. 1, ac librorum editorum contra praescriptum can. 1391, iis dumtaxat permittitur qui studiis theologicis vel biblicis quovis modo operam dant, dummodo iidem libri fideliter et integre editi sint neque impugnentur in eorum prolegomenis aut adnotationibus catholicae fidei dogmata.

Can. 1401. S. R. E. Cardinales, Episcopi, etiam titulares, aliique Ordinarii, necessariis adhibitis cautelis, ecclesiastica librorum prohibitione non adstringuntur.

Can. 1402 § 1. Ordinarii licentiam, ad libros quod attinet ipso iure vel decreto Sedis Apostolicae prohibitos, concedere suis subditis valent pro singulis tantum libris atque in casibus dumtaxat urgentibus.

§ 2. Quod si generalem a Sede Apostolica facultatem impetraverint suis subditis permittendi ut libros proscriptos retineant ac legant, eam nonnisi cum delectu et iusta ac rationabili causa concedant.

Can. 1403 § 1. Qui facultatem apostolicam consecuti sunt legendi et retinendi libros prohibitos,

nequeunt ideo legere et retinere libros quoslibet a suis Ordinariis proscriptos, nisi in apostolico indulto expressa iisdem facta fuerit potestas legendi et retinendi libros a quibuslibet damnatos.

§ 2. Insuper gravi praecepto tenentur libros prohibitos ita custodiendi, ut hi ad aliorum manus non perveniant.

Can. 1404. Librorum venditores libros de obscenis ex professo tractantes ne vendant, commodent, retineant; ceteros prohibitos venales ne habeant, nisi debitam licentiam a Sede Apostolica impetraverint, neve cuiquam vendant, nisi prudenter existimare possint ab emptore legitime peti.

Can. 1405 § 1. Licentia a quovis obtenta nullo modo quis eximitur a prohibitione iuris naturalis legendi libros qui ipsi proximum spirituale periculum praestant.

§ 2. Ordinarii locorum aliique curam animarum habentes opportune moneant fideles de periculo et damno lectionis librorum pravorum, praesertim prohibitorum.

Can. 2318 § 1. In excommunicationem Sedi Apostolicae speciali modo reservatam ipso facto incurrunt, opere publici iuris facto, editores librorum apostatarum, haereticorum et schismaticorum, qui apostasiam, haeresim, schisma propugnant, itemque eosdem libros aliosve per apostolicas litteras nominatim prohibitos defendentes aut scienter sine debita licentia legentes vel retinentes.

§ 2. Auctores et editores qui sine debita licentia sacrarum Scripturarum libros vel earum adnotationes aut commentarios imprimi curant, incidunt ipso facto in excommunicationem nemini reservatam.

III

SUPREMA S. CONGREGATIO S. OFFICII

INSTRUCTIO

AD ARCHIEPISCOPOS, EPISCOPOS CETEROSQUE LOCORUM ORDINARIOS: DE SENSUALI ET DE SENSUALI-MYSTICO LITTERARUM GENERE.

Inter mala huius aetatis funestissima, quae doctrinam christianam de moribus penitus subvertunt atque animabus, Iesu Christi emptis pretioso Sanguine, admodum nocent, imprimis numeranda sunt ea litterarum genera quae sensualitati et libidini aut etiam lascivo cuidam mysticismo indulgent. Huiusmodi sunt praecipue fabulae romanenses, narratiunculae commenticiae, dramata, comoediae, quarum quidem scriptionum incredibiliter fecunda sunt haec tempora quotidieque maior ubique copia diffunditur.

Quae ingeniorum commenta quibus tam multi, maximeque iuvenes, tantopere capiuntur, si pudoris et honestatis finibus, non sane angustis, continerentur, non solum sine fraude delectare, sed etiam ad legentium mores conformandos prodesse possent.

Nunc vero satis dolere non licet, ut dictum est, ex hac affluentia librorum, in quibus magna cum fascinatione nugacitatis par inest turpitudo, gravissimam animarum iacturam exsistere. Etenim

quam plures huius generis scriptores fulgentissimis imaginibus impudica facta depingunt; obscoenissima quaeque, modo tecte, modo aperte et procaciter, omni castimoniae lege neglecta, enarrant; subtili quadam analysi vitia carnalia vel pessima describunt eaque cunctis orationis luminibus et lenociniis exornant, adeo ut nihil iam in moribus inviolatum relinquatur. Id omne quam perniciosum sit, praesertim adolescentibus, quibus fervor aetatis difficiliorem efficit continentiam, nemo est qui non videat. Volumina autem illa, tenuia saepe, parvo venalia prostant apud bibliopolas, per vias et plateas civitatum, in stationibus, quae dicuntur, viae ferreae, eademque in manus omnium mira rapiditate veniunt et familias christianas in magna et luctuosa frequenter discrimina adducunt. Nam quis ignorat litteris eius modi phantasiam fortiter excitari, effrenatam libidinem vehementer accendi et cor in coenum turpitudinum trahi?

Ceteris vero fabulis amatoriis multo peiores solent ab iis proferri qui, horribile dictu, pabulum morbosae sensualitatis rebus sacris cohonestare non verentur, amoribus impudicis quamdam pietatem in Deum et religiosum mysticismum, falsissimum quidem, intexendo: quasi Fides cum rectae vivendi normae negligentia, imo impudentissima infitiatione, componatur et virtus religionis cum morum depravatione consocietur. Contra, sanctum est vitam aeternam neminem consequi posse, qui, licet veritates divinitus revelatas vel firmissime credat, praecepta tamen a Deo data non custodit, cum christiani hominis ne ipsum quidem mereatur nomen quicumque fidem Christi professus, Christi vestigiis non ingreditur: « Fides sine operibus mortua est » (Iac., 2, 26) monuitque Salvator noster: « Non omnis qui dicit mihi, Domine, Domine, intrabit in regnum caelorum, sed qui facit voluntatem Patris mei, qui in caelis est, ipse intrabit in regnum caelorum » (Matth., 7, 21).

Ne quis vero illa opponat: in pluribus illorum librorum nitorem et ornamenta orationis vere laudanda inesse, psychologiam hodiernis inventis congruentem praeclare doceri, lascivas autem corporis voluptates eo reprobari quod exprimantur, ut sunt, foedissimae, aut quod interdum cum conscientiae angoribus coniunctae ostendantur, vel quod patefiat quam saepe extrema turpissimi gaudii luctus cuiusdam poenitentiae occupet. Nam neque scribendi elegantia, nec medicinae aut philosophiae scientia – si modo his litterarum generibus ea continentur – nec mens, quaevis ea sit, auctorum impedire unquam possunt quominus lectores, quorum generatim, propter naturae corruptionem, magna est fragilitas magnaque ad luxuriam propensio, paginarum immundarum illecebris sensim irretiti, et mentibus pervertantur et cordibus depraventur, ac, remissis habenis cupiditatum, ad scelera omnis generis delabantur, vitamque ipsam, sordibus oppletam, fastidientes, haud raro se ipsi interimant.

Ceterum quod mundus, qui sua quaerit usque ad contemptum Dei, his libris delectetur, eosdemque divulget, mirandum non est; sed maxime dolendum, a scriptoribus qui christiano nomine se iactant, operam studiumque in tam exitiosas litteras conferri. Numquid fieri potest ut principiis ethicae evangelicae adversando, adhaereatur Iesu benedicto, qui omnibus, ut carnem cum vitiis et concupiscentiis suis crucifigant, praecepit? « Si quis vult – inquit –

post me venire, abneget semetipsum, et tollat crucem suam, et sequatur me » (Matth., 16, 24).

Atque eo quidem audaciae et impudentiae scriptores processisse non paucos videmus, ut ea ipsa vitia suis libris in vulgus spargant, quae Apostolus vel nominari a christifidelibus vetuit: « Fornicatio autem, et omnis immunditia... nec nominetur in vobis, sicut decet sanctos » (*Eph.*, 5, 3). Discant isti tandem aliquando se duobus dominis servire non posse, Deo et libidini, religioni et impudicitiae. « Qui non est mecum – ait Dominus Iesus – contra me est » (Matth., 12, 30), ac certe cum Iesu Christo non sunt scriptores sordidis descriptionibus bonos depravantes mores, qui societatis civilis ac domesticae sunt verissima fundamenta.

Itaque perspecta litterarum lascivarum colluvie, quae quoque anno latius omnes fere nationes inundat, Sacra haec Suprema Sancti Officii fidei et moribus tuendis praeposita Congregatio, Apostolica auctoritate ac nomine Ssmi Domini Nostri Pii divina Prov. Papae XI, omnibus locorum Ordinariis mandat, ut omni qua possunt ope tanto tamque praesenti malo mederi conentur.

Profecto ipsorum est, qui a Spiritu Sancto positi sunt regere Ecclesiam Dei, in omnia, quae in suis dioecesibus typis imprimantur et edantur, solerter diligenterque invigilare. Neminem autem illud effugit, libros, qui toto orbe hodie vulgantur, longe crebriores esse quam qui a Sede Apostolica examini possint subiici. Propterea Pius X s. r. Motuproprio *Sacrorum Antistitum* haec edixit: « Quicumque in vestra uniuscuiusque dioecesi prostant libri ad legendum perniciosi, ii ut exsulent fortiter contendite, solemni etiam interdictione usi. Etsi enim Apostolica

Sedes ad huiusmodi scripta e medio tollenda omnem operam impendat, adeo tamen iam numero crevere, ut vix notandis omnibus pares sint vires. Ex quo fit, ut serior quandoque paretur medicina, quum per longiores moras malum invaluit ».

Nec vero talium voluminum et opusculorum pleraque, quamquam perniciosissima, speciali Supremae huius Congregationis censura plecti valent. Quare Ordinarii ex canone 1397, § 4, C. I. C., per se aut per Consilia *a vigilantia*, quae quidem Summus idem Pontifex, litteris encyclicis *Pascendi dominici gregis* instituit, sedulo naviterque gravissimum istud munus explere studeant; neque opportune denunciare in dioecesanis Commentariis praetermittant eosdem libros uti damnatos et quam maxime noxios.

Praeterea quis ignorat Ecclesiam generali lege iam statuisse, ut libri pravitate infecti, qui morum integritatem data opera vel ex professo laederent, vetiti haberentur omnes, perinde ac si in *Indicem* librorum prohibitorum relati essent? Consequitur inde ut peccatum letale ab iis admittatur qui sine permissione debita librum non dubie salacem legant, etiamsi ab auctoritate ecclesiastica non sit nominatim damnatus. Et quia de hac re, maximi quidem momenti, falsae et exitiosae opiniones obtinent inter christifideles, ideo locorum Ordinarii pastoralibus admonitionibus curent, ut imprimis parochi eorumque adiutores animum in id intendant, et fideles opportune edoceant.

Insuper omnibus declarare qui libri nominatim, pro singularum dioecesium necessitatibus, ipso iure prohibiti sint Ordinarii ne omittant. Quod si fideles a volumine quopiam arcere efficacius celeriusque se posse existiment si peculiari decreto illud impro-

bent, hoc suo iure omnino utantur oportet sicut, gravioribus causis postulantibus, id ipsum consuevit S. Sedes, ad praescriptum canonis 1395, § 1, C. I. C.: « Ius et officium libros ex iusta causa prohibendi competit non solum supremae auctoritati ecclesiasticae pro universa Ecclesia, sed pro suis subditis Conciliis quoque particularibus et locorum Ordinariis ».

Denique haec Suprema Sacra Congregatio omnes Archiepiscopos, Episcopos et reliquos locorum Ordinarios iubet, occasione relationis dioecesanae, quidquid contra libros lascivos statuerint et executi sint, Sancto Officio manifestare.

Ex aedibus Sancti Officii, die 3 maii 1927.

R. Card. Merry del Val, *a Secretis.*

L. ✠ S.

IV

SUPREMA S. CONGREGATIO S. OFFICII

DECRETUM

DAMNANTUR QUAEDAM OPERA CAROLI MAURRAS ET EPHEMERIDES « L'ACTION FRANÇAISE ».

Die 29 ianuarii 1914 et die 29 decembris 1926

Cum nonnulli postulaverint ut de mente atque consilio huius Apostolicae Sedis ac praesertim f. r. Pii Pp. X quoad opera et scripta Caroli Maurras necnon ephemerides inscriptas *L'Action Française*, diligentius inquireretur, Sanctissimus D. N. Pius Pp. XI iussit mihi infrascripto Adsessori S. Officii ut Acta itemque Tabularia Sacrae Indicis Congregationis – quae S. Officio, ut omnes norunt, coniuncta atque incorporata fuit – accurate investigarem, atque deinceps Sibi referrem.

Qua peracta investigatione, haec quae sequuntur comperta sunt; nempe:

I. In Congregatione praeparatoria habita feria V, die 15 ianuarii, anno 1914: « Omnes Consultores in sententiam convenerunt quatuor opera Caroli Maurras: *Le Chemin de Paradis*, *Anthinéa*, *Les Amants de Venise* et *Trois idées politiques*, esse vere pessima et ideo prohibitionem mereri, quibus accensendum esse dixerunt opus inscriptum *L'Avenir de l'intelligence*.

« Plures Consultores his accenseri etiam voluerunt libros inscriptos *La politique religieuse* et *Si le coup de force est possible* ».

II. In Congregatione generali habita feria II, die 26 ianuarii, anno 1914: « Emus Cardinalis Praefectus dixit ipsum cum Summo Pontifice de hoc negotio egisse et Summum Pontificem, ratione habita tot petitionum voce et scripto Sibi etiam a summis viris factarum, revera aliquantulum ancipitem haesisse, tandem vero statuisse ut de hoc negotio in S. Congregatione plena libertate ageretur, Sibi reservata potestate circa publicationem Decreti.

« In medias ergo res devenientes Emi Patres dixerunt dubium haud adesse posse, libros a Consultoribus designatos esse revera pessimos et mereri censuram, eo vel magis quia a iuvenibus vix arceri possint huiusmodi libri, quorum auctor in rebus politicis et in re litteraria ipsis tamquam summus commendetur et tamquam caput eorum a quibus salus patriae exspectanda sit. Emi Patres in sententiam convenerunt enumeratos libros ex parte S. Congregationis proscribi, publicationem autem Decreti sapientiae Summi Pontificis relinqui. Quod autem spectat ad ephemerides *L'Action Française, Revue bimensuelle*, Emi Patres idem statuendum esse censuerunt de istis ac de operibus D. Maurras ».

III. Die autem 29 ianuarii, anno 1914: « P. Secretarius in Audientia Ssmi de omnibus retulit quae in novissima Congregatione acta sunt. Summus Pontifex statim loqui coepit de *L'Action Française* et de operibus D. Maurras, narrans a multis Se accepisse libellos quibus postulent ne haec opera a S. Congregatione prohiberi sinat: haec tamen opera esse prohibita et ex nunc prout in S. Congregatione

proscripta fuerunt pro talibus habenda esse, Sibi tamen servato iure indicandi momentum quo Decretum publicandum erit; quod si nova occasio ita agendi offerretur, Decretum, quo illae ephemerides atque libri prohibeantur, tamquam hodie emanatum promulgabitur ».

IV. Die 14 aprilis, anno 1915: « Summus Pontifex (Benedictus XV f. r.) P. Secretarium de libris Caroli Maurras et de ephemeridibus *L'Action Française* interrogavit. P. Secretarius Sanctitati Suae per ordinem omnia narravit quae in hac causa a S. Congregatione gesta sunt et quomodo Eius praedecessor Pius Pp. X s. m. proscriptionem, ab Emis Patribus pronunciatam, ratam habuerit atque adprobaverit, ast publicationem Decreti in aliud tempus magis propitium distulerit. Quibus auditis Sanctitas Sua declaravit hoc tempus nondum venisse, cum, bello adhuc perdurante, passiones politicae aequum iudicium de tali actu Sanctae Sedis haud admittant ».

Quibus omnibus a me infrascripto, Adsessore S. Officii, Ssmo D. N. diligenter relatis, Sanctitas Sua iam opportunum duxit hoc Decretum Pii Papae X publicari et promulgari, atque ut publici iuris reapse fieret decrevit, sub die quidem praescripto ab eodem Decessore Suo f. r. Pio X.

Attentis autem quae, his praesertim diebus, a diario eiusdem inscriptionis, *L'Action Française*, nominatim vero a Carolo Maurras et a Leone Daudet, edita ac pervulgata sunt, quaeque contra Sedem Apostolicam ipsumque Romanum Pontificem scripta esse nemo sensatus non videt, Ssmus D. N. damnationem a Decessore Suo datam confirmavit atque extendit ad praedictum diarium *L'Ac-*

tion Française prout in praesens editur, ita quidem ut tamquam proscriptum atque damnatum habeatur atque in Indicem librorum prohibitorum inseratur, absque praeiudicio ulteriorum inquisitionum et damnationum in libros utriusque auctoris.

Ex aedibus S. Officii, die 29 decembris 1926.

De mandato Sanctissimi
N. Canali, *Adsessor.*

V

PRAENOTANDA

1. Nonnulli libri signo † alii asterisco * distinguuntur, quo facilius lector deprehendat, quinam libri solemniori ratione per apostolicas litteras, et quinam non absolute, sed adiecta clausula *donec corrigantur* fuerint proscripti. Haec autem distinctio modum tantum non autem effectum prohibitionis respicit.

2. Omnia decreta, quae nullam appositionem secum ferunt, intelliguntur esse S. Congregationis Indicis.

3. Omnibus decretis, quantum licuit, adduntur dies et annus quibus data sunt, non autem, ut ante fieri solebat, dies et annus quibus typis exarata divulgabantur.

INDEX

LIBRORUM PROHIBITORUM

INDEX
LIBRORUM PROHIBITORUM

A

Abrégé de l'histoire ecclésiastique contenant les événements considérables de chaque siècle, avec des réflexions. *Decr. 27 apr. 1756. v.* Racine, Bonaventure.

Abrégé de l'histoire ecclésiastique de Fleury traduit de l'anglais, nouvelle édition corrigée à Berne [*Berlin*] *1767. Decr. 11 aug. 1769; S. Off., fer. V, 1 mart. 1770. v.* Prades, Jean-Martin de.

Abrégé des mémoires donnés au roy sur la réunion de l'ordre et grande maistrise de S. Jean de Jérusalem (maintenant de Malthe) à la couronne. *Decr. 12 apr. 1628. v.* Moncal, de.

† **Abrégé** de la morale de l'évangile, des actes des apostres, des épistres de s. Paul, des épistres canoniques et de l'apocalypse, ou pensées chrétiennes sur le texte de ces livres sacrés. *Brevi Clem. XI, 13 iul. 1708; Bulla Clem. XI, 8 sept. 1713. v.* Quesnel, Pasquier.

Abrégé chronologique de l'histoire ecclésiastique. *Decr. 20 nov. 1752. v.* Macquer, Philippe.

Abudacnus seu Barbatus, Iosephus. Historia Iacobitarum seu Coptorum in Aegypto, Libya, Nubia, Aethiopia tota et Cypri insulae parte habitantium, cum annotationibus Ioannis Nicolai; vulgavit Sigebertus Havercampus. *Decr. 7 ian. 1765.*

Abus (divers) et nullités du décret de Rome du 4 octobre 1707 au sujet des affaires de l'église catholique des Provinces-unies. *Decr. S. Off. 22 iun. 1712. v.* Quesnel, Pasquier.

Abusi della giurisdizione ecclesiastica sul regno di Napoli. *Decr. 29 aug. 1774. v.* Bruzzoni, B.

Abusos introducidos en la disciplina de la iglesia y potestad de los principes en su corrección, que á la soberania de la nación en sus cortes generales ofrece un prebendado de estos reinos. *Decr. 27 nov. 1820.*

Accomplissement (L') des prophéties ou la délivrance prochaine de l'église; ouvrage dans lequel il est prouvé, que le papisme est l'empire antichrétien par le S. P. I. P. E. P. E. Th. A. R. *Decr. 19 nov. 1703.*

— Suite de l'accomplissement des prophéties ou amplification des preuves historiques, qui font voir que le papisme est l'antichristianisme par le S. P. I. P. E. P. E. Th. A. R. *Decr. 17 ian. 1729. v.* Jurieu, Pierre.

Achterfeldt, Johann Heinrich. Lehrbuch der christkatholischen Glaubens – und Sittenlehre in Fragen und Antworten zunächst für das Bisthum Ermland. *Decr. S. Off. 28 nov. 1838.*

A Costa, Jérôme. *v.* Costa, Jérôme a.

[**Acrena**, Giovanni Battista]. *v.* Conclusioni concise sulla religione.

Acta eruditorum, Lipsiae (*ab anno 1682 ad annum 1731 inclus.*). — Actorum eruditorum supplementa (*ab anno 1692 ad annum 1734 inclus.*). — Nova acta eruditorum (*ab anno 1732 ad annum 1756 inclus.*). — Ad nova acta eruditorum supplementa (*ab anno 1735 ad annum 1757 inclus.*). *Decretis a 4 dec. 1702 ad 13 aug. 1764.*

Acta legationis ducis Niverniae ad Clementem VIII pontificem romanum, ubi de regis christianissimi et Galliae negotiis agitur. *Decr. 15 ian. 1600.*

Acta quaedam ecclesiae ultraiectinae exhibita in defensionem iurium illustrissimi archie-

piscopi et capituli eiusdem ecclesiae adversus scripta eminentissimi cardinalis archiepiscopi mechliniensis cum praefatione ad omnes inclytae Germaniae episcopos. *Decr. 21 apr. 1738.* *v.* V a n d e r C r o o n, Theodorus.

† **Acte** d'appel interjetté par le procureur général de Lorraine et Barrois de l'exécution du bref du 22 septembre dernier rendu contre l'ordonnance de son altesse royale du mois de juillet 1701. *Brevi Clem. XI, 11 febr. 1704.*

Acte d'appel interjetté le 1er mars MDCCXVII, par messeigneurs les évêques de Mirepoix, de Sénez, de Montpellier et de Boulogne. *Decr. S. Off. 16 febr. 1718.*

Action (L') Française (*v.* pag. XXVI).

Action (L') Française et le Vatican. (Les Pièces d'un procès). Préface de Charles Maurras et Léon Daudet. *Decr. S. Off. 19 sept. 1927.*

Acton, Lord. Zur Geschichte des vaticanischen Concils. *Decr. S. Off. 20 sept. 1871.*

— Sendschreiben an einen deutschen Bischof d. vaticanischen Concils. *Decr. S. Off. 20 sept. 1871.*

[**Adam**]. *v.* A v o c a t (l') du diable.

Adami, Cornelius. Exercitationes exegeticae de Israelis in Aegypto multiplicatione et oppressione, nativitate et institutione Mosis in sapientia Aegyptorum, conversione s. Pauli, aliorumque magnorum peccatorum, malisque Romae paganae et hodiernae moribus. Accedunt scholia ad x loca ex act. apost. diversi argumenti. *Decr. 15 sept. 1721.*

Adamus, Melchior. Decades duae, continentes vitas theologorum exterorum principum, qui

ecclesiam Christi superiori seculo propagarunt et propugnarunt. *Decret. 9 iul. 1616.*

— Vitae germanorum theologorum, qui superiori saeculo ecclesiam Christi voce scriptisque propagarunt et propugnarunt. *Decr. 22 apr. 1624.*

Adauctus. I dominatori della Chiesa. *Decr. S. Off. 8 mart. 1892.* *v.* P e n z o, Domenico.

Addison, Ioseph. Remarks on several parts of Italy. *Decr. 18 iul. 1729.*

— Remarques sur divers endroits d'Italie, pour servir au voyage de monsieur Misson; tome quatrième. *v.* V o y a g e (nouveau) d'Italie.

† **Adeodatus** presbyter [*pseudonymus*] compresbyteris de clero per foederatum Belgium, d. Theod. Cockium ut provicarium non recipientibus s. p. d. *Brevi Clem. XI, 4 oct. 1707.* *v.* T i b b e l, Ioannes.

Aerodius, Petrus. De iure patrio. *v.* P u i s s a n c e (De la) paternelle.

Aesina (sacrae congregationis supremae ac sanctae universalis inquisitionis) facti et iuris pro iustitia edicti moderni episcopi aesini prohibentis quendam libellum in civitate et tota dioecesi, an. 1698. *Decr. S. Off., fer. V, 5 oct. 1702.*

Aforismos politicos escritos en una de las lenguas del norte de la Europa por un filosofo y traducidos al español por J u a n A n t o n i o L i o r e n t e. *Decr. 20 ian. 1823.*

Agobardus (S.). Opera, quae octingentos annos in tenebris delituerant, nunc e P a p i r i j M a s s o n i iurisconsulti bibliotheca proferuntur; accesserunt binae epistolae Leidradi non antea excusae. *Donec corrig. Decr. 26 aug. 1605.*

Agricola, Bartholomaeus. De aetate ineun-

tium officia liber politico-historicus. *Decr. 29 oct. 1622.*

— Symbolum pythagoricum sive de iustitia in forum reducenda. *Decr. 29 oct. 1622.*

Ahrens, Henri. Cours de droit naturel ou de philosophie du droit fait d'après l'état actuel de cette science en Allemagne. *Decr. 28 ian. 1842.*

Aktenstücke (authentische) wegen dem zu Rom theils betriebenen theils abzuwenden getrachteten Verdammungsurtheil über das Stattlerische Buch: Demonstratio catholica. *Decr. 10 iul. 1797, v.* S t a t t l e r, Benedict.

* **Alabaster**, Gulielmus, Apparatus in revelationem Iesu Christi; nova et admirabilis ratio investigandi prophetarum mysteria ex Scriptura seipsam interpretante. *Donec corrig. Decr. 18 dec. 1609; 30 ian. 1610.*

Alamin, Felix de. Espejo de verdadera y falsa contemplación. *Decr. 30 iul. 1708.*

Albani, Iohannes Franciscus [*pseudonymus*]. Neniae pontificis de iure reges adpellandi; *una cum opusculo adiecto:* Perillustris cuiusdam viri [*L. B. de Limbach*] eidem diplomati clementino oppositus libellus. *Decr. 21 ian. 1721. v.* L u d e w i g, Ioannes Petrus de.

Albanus, Aegidius [*pseudonymus*]. Refutatio libelli supplicis r. p. Marci a s. Francisco carmelitae discalceati indigni, *Decr. S. Off. 2 aug. 1689. v.* W i t t e, Aegidius de.

Albarella, Vincenzo. Gianavele ovvero i Valdesi di Piemonte, storia del secolo XVII. *Decr. 5 sept. 1854.*

Alberius, Claudius. Organon id est instrumentum doctrinarum omnium in duas partes divisum. *Decr. 18 nov. 1605.*

* **Alberti**, Giovanni Andrea. Teopiste ammaestrata secondo gli esempi della madre suor Paola Maria di Giesù Centuriona. *Donec corrig. Decr. S. Off. 4 iun. 1692.*

Alberti, Valentinus. *Opera omnia. Decr. 25 apr. 1701; 10 maii 1757.*

— *v.* S i r i c i u s, Michael. Ostensio fundamentalis abominationum papatus circa religiosum creaturarum cultum.

Albertinus, Alexander. Malleus daemonum sive quatuor experimentatissimi exorcismi ex evangeliis collecti; in fine erunt duae benedictiones et una vulgaris deprecatio. *Decr. 17 ian. 1707.*

Alberto Magno diviso in tre libri, nel primo si tratta della virtù delle herbe, nel secondo della virtù delle pietre et nel terzo della virtù di alcuni animali. *Decr. 24 nov. 1665.*

Albertus Magnus [*pseudonymus*]. De secretis mulierum. *Decr. 6 iul. 1604.*

Alboize. *v.* M a q u e t, Auguste. Les prisons de l'Europe.

Alciatus, Andreas. Contra vitam monasticam ad collegam olim suum, qui transierat ad franciscanos, Bernardum Mattium, epistola; accedit sylloge epistolarum virorum clarissimorum, quae variam doctrinam continent. Accedunt alia quaedam, ut et vetera aliquot testamenta saeculo XIII et initio sequentis scripta. Primus omnia in lucem protulit adiectis passim notis A n t o n i u s M a t t h a e u s, *Decr. 23 mart. 1700.*

Alciphron, or the minute philosopher. *Decr. 20 nov. 1742. v.* B e r k e l e y, George.

Alethaeus, Theophilus [*pseudonymus*]. Polygamia triumphatrix id est discursus politicus de polygamia cum notis A t h a n a s i i V i n-

centii. *Decr. 27 maii 1687. v.* Lyserus, Ioannes.

Aletophilus, Christianus [*pseudonymus*]. Artes iesuiticae in sustinendis pertinaciter novitatibus laxitatibusque sociorum. *Decr. 19 iul. 1707; S. Off. 2 dec. 1711. v.* Henricus a s. Ignatio.

† **Alexander**, Natalis. Dissertatio polemica de confessione sacramentali adversus libros quatuor Ioannis Dallaei. *Brevi Innoc. XI, 10 iul. 1684.*

— † Dissertationum ecclesiasticarum trias. *Brevi Innoc. XI, 10 iul 1684.*

— † Selecta historiae ecclesiasticae capita et in loca eiusdem insignia dissertationes historicae, chronologicae, criticae, dogmaticae. *Brevibus Innoc. XI, 10 iul. 1684; 6 apr. 1685; 26 febr. 1687.*

Permittitur editio notis et animadversionibus Constantini Roncaglia aucta. Decr. 8 iul. 1754.

— † Summa d. Thomae vindicata et eidem angelico doctori asserta contra praeposteram Ioannis Launoii parisiensis theologi dubitationem. Item contra launoianas circa simoniam observationes animadversio. *Brevi Innoc. XI, 10 iul. 1684.*

Alfabeto litterale, fantasmatico, mistico, acquisito, contemplativo, col quale resta formata risposta circolare ad una religiosa pusillanime. *Decr. S. Off., fer. V, 15 maii 1687.*

Alfaric, Prosper, **Couchoud**, Paul-Louis, **Bayet**, Albert. Le problème de Jésus et les origines du christianisme. *Decr. S. Off. 14 iun. 1933.*

Alfieri, Vittorio. Satire. *Decr. 20 ian. 1823.*

— Della tirannide. *Decr. 20 ian. 1823.*

— Vita di Vittorio Alfieri da Asti scritta da esso. *Decr. 20 ian. 1823. v.* Perosino, Gian Severino.

— Panegirico di Plinio a Traiano. *Decr. 11 iun. 1827.*

— Del principe e delle lettere. *Decr. 11 iun. 1827.*

[**Algarotti**, Francesco]. *v.* Newtonisme (Le) pour les dames.

Alleanza monoteistica universale, programma e statuti. *Decr. 6 sept. 1870. v.* Mengozzi, Giovanni Ettore.

— *v.* Vittorio Emanuele (A).

Allegazioni per la rivocazione dell'editto pubblicato dai reverendissimi vescovi di Catania, Girgenti e Mazzara, in contemplazione della lettera missiva della sacra congregazione dell'immunità sopra l'assoluzioni *ad reincidentiam* senza il regio *Exequatur. Decr. S. Off. 7 sept. 1712.*

* **Alletz**, Pons Augustin. Dictionnaire des conciles, suivi d'une collection des canons les plus remarquables; nouvelle édition augmentée d'une analyse historique et critique des conciliabules nationaux, tenus par les constitutionnels en 1797 et 1801 et du concile de 1811, par l'abbé Filsjean. *Donec corrig. Decr. 11 apr. 1859.*

[**Allix**, Petrus]. *v.* Anastasius (S.) Sinaita. Anagogicarum contemplationum in hexaemeron liber XII.

— *v.* Dissertatio de conciliorum quorumvis definitionibus ad examen revocandis.

— *v.* Dissertatio de sanguine d. n. Iesu Christi.

— *v.* D i s s e r t a t i o de Tertulliani vita et scriptis.

— *v.* D i s s e r t a t i o de trisagii origine.

— *v.* N e c t a r i u s, patriarcha hierosolymitanus. Confutatio imperii papae.

Almanacco sacro pavese per l'anno 1863, *Decr. 26 ian. 1863.*

Almanaque democratico para el año bisiesto del 1864 por varios socios del ateneo catalan. *Decr. 20 sept. 1864.*

[**Almeyda,** Manuel Nicolau de]. *v.* C a r t a s de hum amigo a outro.

— *v.* R e s p o s t a do bispo d'Angra.

Alstedius, Ioannes Henricus. Systema mnemonicum duplex, I. minus quatuor libris, II. maius adornatum septem libris. *Decr. 13 nov. 1612.*

— Scientiarum omnium encyclopaedia. *Decr. 27 maii 1648.*

— *Opera omnia. Decr. 10 maii 1757.*

Althusius, Iohannes. Politica methodice digesta atque exemplis sacris et profanis illustrata, cui in fine adiuncta est oratio panegyrica de necessitate, utilitate et antiquitate scholarum. *Decr. 20 mart. 1615; 9 oct. 1618.*

— Dicaelogiae libri tres, totum et universum ius quo utimur methodice complectentes. *Decr. 16 mart. 1620.*

Alting, Henricus. *Opera omnia. Decr. 25 ian. 1684; 10 maii 1757.*

Alting, Iacobus. Opera omnia theologica, analytica, exegetica, practica, problematica et philologica. *Decr. 11 iul. 1684; 10 maii 1757.*

Altmeyer, Jean-Jacques. Cours de philosophie de l'histoire fait publiquement à l'université de Bruxelles. *Decr. 16 sept. 1841.*

— Introduction à l'étude philosophique de l'histoire de l'humanité. *Decr. 28 ian. 1842.*

Alva et Astorga, Petrus de. Naturae prodigium, gratiae portentum, hoc est seraphici Francisci vitae acta ad Christi d. n. vitam et mortem regulata et coaptata. *Decr. 6 iul. 1655.*

Alvi, Ciro. S. Francesco d'Assisi; romanzo. *Decr. 3 iun. 1904.*

Alviset, Virginius. Murenulae sacrae vestis sponsae regis aeterni vermiculatae, opus de privilegiis ordinum regularium, *Decr. 17 nov. 1664.*

* **Alzedo**, Mauricius de. De praecellentia episcopalis dignitatis, deque episcopi functionibus ac potestate, necnon de generalis vicarii auctoritate et muneribus: opus bipartitum. *Donec corrig. Decr. 10 dec. 1631.*

Amabed [*pseudonymus*]. Les lettres, traduites par l'abbé T a m p o n e t. *Decr. 1 maii 1779. v.* V o l t a i r e.

Amabile, Luigi. Il santo officio della inquisizione in Napoli, narrazione con molti documenti inediti. *Decr. 14 iul. 1893.*

Amama, Sixtinus. Anti-barbarus biblicus libro quarto auctus; accessit eiusdem commentariolus de decimis mosaicis. *Decr. 21 nov. 1707.*

Amari, Michele. Storia dei Musulmani di Sicilia, volume primo. *Decr. 22 mart. 1855.*

Amat, Felix. Diseño de la iglesia militante ó suma de la iglesia instituida por el hijo de Dios hecho hombre, obra póstuma. *Decr. 27 nov. 1840.*

[**Amat, Felix**]. *v.* P a d u a M e l a d o, Macario. Observaciones pacíficas.

Amatus, Michael. De piscium atque avium esus consuetudine apud quosdam Christi fide-

les in antepaschali ieiunio, dissertatio historicophisiologico-moralis. *Decret. 16 iul. 1725.*

* **Amaya**, Franciscus de. In tres posteriores libros codicis imperatoris Iustiniani commentarii; succedit apologia pro statuto collegii maioris conchensis contra calumniam Ioannis de Escobar; tomus primus. *Donec corrig. Decr. 18 dec. 1646.*

Ambasciata (L') di Romolo a Romani. *Decr. 16 iun. 1671. v.* L e t i, Gregorio.

Ambraziejus, Juozupas. Trumpas rymo-kataliku katekizmas. *Decr. 12 apr. 1907.*

Ame (De l') et de son immortalité. *Decr. 24 maii 1771. v.* M i r a b a u d, Jean Baptiste de. *v.* M o n d e (Le), son origine et son antiquité.

Amelincourt [*pseudonymus*]. La science du salut, renfermée dans ces deux paroles: il y a peu d'élus, ou traité dogmatique sur le nombre des élus. *Decr. 30 iul. 1708. v.* D e s b o r d s d e s D o i r e s, Olivier.

Amelot de la Houssaye, Nicolas-Abraham. Histoire du gouvernement de Venise. *Decr. S. Off., fer. V, 2 dec. 1677.*

— Supplément à l'histoire du gouvernement de Venise. *Decr. S. Off., fer. V, 2 dec. 1677.*

— * Tacite avec des notes politiques et historiques. *Donec corrig. Decr. 17 iul. 1719; 3 apr. 1731.*

Amesius, Guilelmus. *Opera omnia. Decr. 29 mart. 1661; 10 maii 1757.*

Amice, I.-F. Manuel de philosophie experimentale, ou recueil de dissertations sur les questions fondamentales de la métaphysique. *Decr. 28 iul. 1834.*

Amico (L') sincero dei giovani. *Decr. 14 maii 1891. v.* M a r t i n o l i, Angelo.

Ammann, Franz Sebastian. Der aufgehende Morgenstern und der anbrechende Tag in den Christenherzen oder der Geist Christi in seiner Kirche. *Decr. 6 apr. 1840.*

— Die römisch-heidnische Kirche oder das römische Papstthum als das erneuerte Heidenthum. *Decr. 3 mart. 1846.*

